

sibi determinat: concedo: si autem intelligas per transmutabile mutationem naturalem: sicut materia mutatur ab una forma in aliam: sic non est transmutabile realiter: quia non est in potentia naturali Physica, sed Metaphysica.

*Ad quartum* concedo totum primum: scilicet cursum in creaturis: & ad inconueniens contra hoc dico: quod est necessarium illud assertere: quia si ordo prædicentalis est realis: alias non pertineret ad Metaphysicum, qui est Artifex realis: oportet dicere, quod species, tot realites distinctas ex natura rei, includit, quot sunt prædicata realia, quæ de ea prædicantur: unde in homine realitas substantia est potentialis respectu realitatis corporeitatis: & utraque est in potentia ad realitatem sensibilitatis: & omnes tandem sunt in potentia ad rationalitatem: quod non est inconueniens: sed doctrina necessario admittenda.

**QVÆST. V.**  
*An illa particula, differentibus specie, sit conuenienter posita in generis definitione?*

*Animal, cū sit genus, de homine, Equo, & Bovis, prædicatur: quæ differunt à se in unicem specie, non numero solum. Cap. eod.*

**VÆRITVR**, de ista secunda particula posita in definitione generis: scilicet, differentibus specie: ergo differentibus numero, per Aristotelem quinto Metaphys. cap. de uno: sed differentibus numero ponitur in definitione speciei: antecedens autem non distinguitur à consequente.

Item: ista particula ponitur ad distinguendum genus à proprio: quod non contingit: quia sequitur: differentibus specie: ergo differentibus numero, per Aristotelem quinto Metaphys. cap. de uno: sed differentibus numero ponitur in definitione speciei: antecedens autem non distinguitur à consequente.

Ad oppositum est Porphyrius.

Ad questionem dicendum: quod conuenienter ponitur, ut differentia: quia per illam particulam, uniuersale descendit in ipsum diffinitum, tanquam genus per differentiam. Est enim ratio uniuersalis, prædicari de pluribus, quæ per se diui-

cis: & sic sequitur propositum: quia haec particula tunc conuenienter Proprio: aut non: & tunc non erunt Propria: quia Proprium conuertitur cum eo, cuius est Proprium.

Item: si conuenienter ponitur, tunc prædicari de pluribus differentibus specie per se in eis diffinito: & si hoc: ergo differentia specie per se subiiciuntur generi: sed hoc est falsum: ergo & primum antecedens: prima consequentia patet ex ratione primi modi per se. Probatio secundæ, per simile in alijs relatiis: dum enim per se refertur ad dimidium: ergo dimidium per se refertur ad dumplum.

Ideo ostenditur ratione: quia nihil dicitur per se relatiuum nisi ad suum per se correlatiuum: si enim ad correlatiuum per accidens: cum illa contingent esse multa: idem per se diceretur ad multa: quod est inconueniens. Tum propter au-

*Tex. com.  
20.*

ctoritatem quinto Metaphys. vbi Aristot. illud habet pro inconuenienti in capitulo de relatione. Tum etiam ex ratione relatiui: quia eius esse est habere se ad aliud: ergo habitudo est de essentia relatiui: ad diuersa autem est alia, & alia habitudo: ergo quod per se est ad duo, non est unum essentialiter. Tum etiam ex proprietate relatiorum: quia sunt simul natura: ex lib. Prædica. cap. de ad aliquid: si enim. A. per se dicatur ad C. & B. ergo, C. non existente, non erit. A. Et B. potest esse, quantum est ex se: ergo A. erit: ergo simulerit, & non erit. Probatio falsitatis principalis consequentis: quia quæ per se subiiciuntur generi, sunt tantum intentiones: subiici enim cum sit intentionale, sicut & prædicari, tantum competit intentionibus per se: sed illæ intentiones tantum differunt per materiam, cui applicantur: igitur tantum numero, & non specie: quia differentia specifica est differentia formalis: unius saliter autem differentia accidentium per subiectum est tantum materialis.



diuiditur in pluribus specie, & numero: & illud ponitur: quia diffinitum est relatum per se.

Ad primum argumentum dicitur: quod genus, in quantum genus, non prædicatur de pluribus numero differentibus, nisi per accidens: sicut idem secundum extraneam rationem potest esse genus, & species.

Contra: in quantum aliquid prædicatur de pluribus specie differentibus; prædicatur de pluribus numero differentibus, ergo non extraneo: antecedens patet: quia ad differre specie, sequitur differre numero: & consequens prædicatur de antecedente cum reduplicatione.

Ideo dici potest: quod diffinitio speciei debet intelligi cum præcisione: scilicet, differentibus tantum numero: & sic non sequitur, ad differre specie, differre numero.

Vel potest dici: quod specie prædicatur immediate de differentibus numero: genus vero non: quia mediante specie.

Ad secundum dicō: quod Proprium nullius est, in quantum est genus: sed in quantum est species: & ita conuertitur cum eo, in quantum prædicatur de pluribus numero differentibus. Ratio assumpti est: quia Proprium solum est alienus, in quantum est aptum natum esse subiectum demonstrationis: & hoc solum est, in quantum est species: quia solum, in quantum est species, diffinitur: cum de subiecto oporteat præsupponere, quid est, & quia est, per Aristot. primo Posteriorum: in quantum autem diffinitur, habet genus & differentiam: & ita est species.

Ad tertium dicitur: quod sic intelligitur illud, de differentibus specie: id est, de speciebus differentibus, quæ tamen non differint specie: ut ostendit ratio.

Aliter negatur consequentia secunda: quia ad aliud per se, comparatur in antecedente, & in consequente. Concessum est: consequentia prima, potest concedi ultimum consequens: cum hoc, quod illa, quæ per se subiiciuntur generi, tantum differant numero: quia differentia specie non differunt specie, sed numero tantum. accipiendo differentia specie in subiecto protulpositis huius, quod est differens specie, quæ sunt dif-

ferentia specie: quia communè in pluri- mal prædicatur de suppositis multis si- mul: & tunc differentia specie accipi- tur, vt dicit quid, respectu suppositori: sed illa non sunt differentia specie: pro

ut differentia specie dicit modum: nescit genus est genus, vt genus dicit quid: non vt dicit modum: sed est species: sicut differentia, non est differentia, sed spe- cies: & multa genera, id est multa sup- posita generis, non sunt multa genera, id est multa, quibus applicatur genus, & modus: nec est oppositio modi ad quid; nec est contra.

### Summa textus.

**H**VCVSQVE determinauit Doctor de genere, quod est diffinitum, & de eius definitione absolute, eam, declara- ratione exemplari in fundamentis, explicans: nunc autem ad singulas particulas ipsius definitionis explanandas, & examinandas scilicet, differentibus tantum numero: & sic non sequitur, ad differre specie, differre numero.

Ly, differentibus specie recte in generis definitione collocatur: quam conclusionem pro- bat: tum autem in Topicis Porphyrius sic genus, iuxta mentem Aristot. in Topicis, & quinto Metaphys. diffiniens: tum etiam, quia per hanc particulam, uniuersale contrahitur ad esse generis: tum de- niique quia in illa ponitur, ly, species, quæ est ipsius generis correlatiuum, quæ necessario ad complétam generis definitionem ponи debebat: tan- dem, solutione arguento, tum questionem ab- soluita quæ, quia difficultis est in aliquibus, ad longum in Articulis exanimabitur.

**Conclusio:**

**A R T I C. I.**  
*Anly, differentibus specie, conve- nienter ponatur in generis definitione?*

**P**RIMO parte negativa, sit primum argu- mentum: illa particula inconvenienter ponitur in definitione, quæ non distinguit diffinitum ab eo, ad quod vt per ipsam distinguatur, assignatur: sed hoc est huiusmodi: ergo. Probo minorem: non distinguit ge- nus à specie, ad quod assignatur à Porphyrio;

**Argu-  
mentum**

ex eius littera constat: ergo. Probo antecedens: existit particula, tanquam ex antecedente, seu in inferiori (inferius enim dicitur antecedens, & superius consequens) sequitur in bona consequentia; differunt specie: ergo differunt numero: ex quinto Metaphys. sed differentibus numero ponitur in definitione speciei: & necessario includitur in ly, differentibus specie, tanquam superius in inferiori, à qua non distinguitur: ergo nō facit genus à specie differre: ac per consequens in conuenienter ponitur.

## Secundum

Secundo arguitur: quasi deducendo de primo ad ultimum. Hæc particula conuenienter ponitur: ergo per se conuenit diffinitio: & si per se conuenit diffinitio: ergo differentia specie per se quidditatue subjiciuntur generi: hoc conueniens est falsum: ergo, & primum antecedens, ex quo sequitur, scilicet, quod talis particula conuenienter assignetur. Dux primæ conuenientia probantur: prima ex primo Posteriorum, cap. de per se: nam pars diffinitionis per se conuenit diffinitio: secunda pater ex natura correlatiorum per se, & mutuo se referentium: sicut enim sequitur: duplex per se refertur ad duplex: ita dimidium per se refertur ad duplex: nihil enim dicitur per se relatum, nisi ad tuum per se correlatum: sed prædicari per se refertur ad subjictere, & è contra: subjici per se refertur ad prædicari: sed genus per se prædicatur de differentibus specie: ergo differentia specie per se subjiciuntur generi: quod est falsum: patet: quia genus per se, & quidditatue non prædicatur, nisi de hoc, & de illo genere, quæ solo numero, & non specie, sunt differentia: nam solum distinguuntur penes fundamentalia: quæ distinctio, quia materialis, est numerica: sicut, & specifica est formalis: ergo quia illa, de quibus per se prædicatur genus, sunt differentia numero, & non differentia specie: genus non prædicatur de pluribus differentibus specie: ac per consequens, hæc particula non est conuenienter posita.

## 1. Nota.

Notandum primo: quod ut supra in hoc cap. quæst. 3. Art. 2. ad sextum Doctoris, ex mente eius, diximus, ly, differentibus specie, licet videatur, & sit distincta dictio, à ly, pluribus, quoad sensum, & integratatem diffinitionis, non distinguuntur: sed, ly, differentibus, est expositio, de ly, pluribus: ac si dicatur: genus est quod prædicatur de pluribus differentibus speciebus in quid: hoc est: genus est, quod prædicatur de differentibus speciebus; in eo quod quid: vbi, ly, differentibus, explicat, ly, pluribus; & vtrunque vna particularia important.

## 2. Notandum.

Secundo notandum: quod ille ablatiuus, specie, qui in diffinitione generis ponitur, non supponit pro specie, vt est tertium prædicabile: nam, vt sic, non est generis correlativa, sed species disparata, ab illo essentialiter distincta, ordinem ad individua dicens: sed sumitur pro fundamento, vt est quid absolutum, habens esse cognitum, & aptum relationem subjicibilitatis fundare: & ratio est: quia in opinione Doctoris relatio terminatur ad absolutum sui correlativi; vt suo proprio loco dicemus,

Dicendum: particula, differentibus specie, *Conclusio*. optime in diffinitione generis assignatur: est communis cum Doctore in praesenti: & probatur auctoritate Aristot. primo Topicorum cap. 4. & rationibus Doctoris a nobis in summa textus relatis: ac demam ex solutione argumentorum, quæ sic se habet.

Ad primum, patet in textu; & clarius patet. *Ad primū.*

bit Articulo sequenti.

Ad secundam triplicem solutionem tradit Doctor primam ex aliorum mente, quam tam approbat: & est talis: quod, ly, differentibus specie, idem sonat, quod, ly, differentibus speciebus: id est genus applicatum animali prædicatur de hac specie applicata homini, & de hac applicata Leoni: quæ species applicata non differunt species: sicut specie differunt homo, & Leo, quibus applicantur: sed differunt numero tantum: nam sunt individua speciei, vt sic, quæ solum numero distinguuntur: itaque hæc solutio concepit intentum argumenti: nam genus prædicatur in actu signato, ac hoc differente specie, applicato homini, & de hoc differente specie, applicato Leoni, quæ materialiter, & numericè distinguuntur.

Secunda solutio distinguit de ly, per se: nam in antecedente determinat, ly, prædicari, & in consequente determinat, ly, subjici: quare, quia sumitur respectu duorum, non infert consequiam: & idem non sequitur: quod licet prædicari de pluribus differentibus specie cōueniat per se, & quidditatue generi: quod idem subjici cōueniat per se, & quidditatue differentibus specie, respectu generis: quia nulla differentia specie subjiciuntur generi: sed tantum hoc genus, & illud genus, quæ solum numero differunt.

Tertia solutio, quæ forte est prioris explicatio, concedit totum, quod intendit argumentum: & quod illa, quæ generi subjiciuntur tantum numero distinguuntur. Pro quo supponendum est: quod ly, differentes specie, vel significat rem primæ intentionis, vel secundæ: primo modo non subjicitur generi formaliter, sed tantum fundamentaliter, & in actu exercito: & in hoc sensu non sequitur, quod intendit Doctor, immo quæ sic subjiciuntur, differentes specie: vt homo, & Leo. Secundo modo est unum intentionale specificum habens subiecte, hoc differentes specie, applicatum homini, & hoc differentes specie, applicatum Leoni: & talia differentia specie sumpta, vt quid, sunt tantum differentia numero: & non differentia specie: si ly, differentia specie sumptatur, vt modus: quando ergo dicitur in argumento: si ly, differentibus specie cōuenienter ponitur, sequitur: quod per se in primo modo inest generi: concedo: & quando inest, ergo differentia specie per se subjiciuntur generi: concedo: & quando ultra inest: ergo quæ per se subjiciuntur generi, differentia specie: nego: conuenientiam: nam differunt tantum numero: sunt enim individua huius concreti, differentes specie, scilicet, homo, & Leo, & hoc differentes specie, quæ tantum numero distinguuntur. Itaque genus prædicatur prædicatione signata de pluribus diffe-

## Ad secundum.

## Nota.

## Nota.

## Nota.

differentibus specie: cuius exercitatio verificatur in rebus, hoc modo: genus dicitur de differentibus specie: ergo homo est animal: & sicut genus dicitur de animali; sic differentia specie in plurali dicitur de homine, & Leone. Vnde sicut genus dicitur de animali, quod animal, prædicatione exercita, prædicatur de homine, & Leone: sic differentia specie, in plurali, prædicatur de eisdem: nam illa sunt differentia specie: at tamen in secundis intentionibus, licet genus prædicetur de differentibus specie, prædicatione signata, non tamen sequitur: ergo differentia specie, quæ subjiciuntur generi, etiam in actu signato, differentia specificè sed sufficit, vt tantum numero distinguantur: prædicari enim de pluribus differentibus specie pér se, solum infert subjici plura differentia specie etiam pér se: non tamen infert: quod talia subjiciabilia specificè distinguuntur, vt subjiciabilia, & secundæ intentiones sunt sed sufficit, vt numerice differant.

Nota tamen: quod hæc differentia specie, de quibus Doctor: non sunt individua generalis: nam talia sunt hoc genus, & illud genus, sed sunt eius subjiciabilia: nam genus tam prædicatione signata, quam exercita, prædicatur de suis individuis: de istis vero tantum prædicatione signata: quare non generis, sed huius, quod est differentis specie, sunt individua: & idem quamvis dicat Doctor, respectu generis solo numero differre: non tamen inde sequitur: quod genus, vt sic, non sit genus ad sua inferiora: vt supra determinauimus: quod enim sequitur est: genus sub alternum, supremum, & infimum posse, respectu generis, vt sic, appellari individua: nam tota ratio formalis eius in illis repertur: cum hoc tamen ipsa sunt species: quia totam rationem generis: vt totum potentiale est: non ad æquant: & hoc est quod supra docimus: nec oppositum vult hic Doctor: adhuc in exemplo de ly, differentibus specie: nam in eo, loquitur in opinione communis: vel in sensu, in quo afferimus genera prædicta esse individua: quod libertissime fatemur.

## ARTIC. II.

*An genus de pluribus differentibus numero prædicetur?*

**Q**VIA Doctor in solutione ad primum concedit speciem tantum de pluribus differentibus numero prædicatur genus vero, & de differentibus specie, ac de differentibus numero, licet mediate: idem de veritate huius solutionis inquirimus in praesenti: contra quam sit primum argumentum: differentes specie, & differentes numero, sunt intentiones disparatae: ergo, cum genus diffiniatur per unam, altera sibi conuenire nequit: vel si conuenit, non erit, in quantum genus, sed in quantum est species: vt afferit alio solutio, quam Doctor impugnat.

Secundo, genus, vt est secunda intentione, prædicatur immediate de pluribus differentibus nu-

mero: vt afferit solutio tercia argumenti secundi articuli precedentis: & species prædicatur de specie specialissima, & subalterna, quæ differunt species: ergo non solum species prædicatur immedia te de differentibus numero, sed etiam species immediate de pluribus differentibus species: quod est aduersus solutionem Doctoris.

Notandum primo: quod ordo, qui seruat inter gradus superiores, & inferiores, in essendo visque ad individua, idem seruari debet in illorum prædicationibus: vnde cum prius sit substantia, postea corpus, postea animal, at tandem homo, & Petrus: ideo genus generalissimum prius prædicatur de subalterno: quam de insimo: & subalternum prius, & immediate de insimo, quam de specie specialissima: & insimum prius, & immediate de specie insima, quam de eius individuis. Et ratio est: quia sicut intellectus non potest coniungere ad libitum rationale cum substantia, sed necessarium est, vt coniungat, media corpore animali: si in prædicando, siue sit in actu exercito, siue signato, non potest coniungere prædicata, & subiecta, ad libitum, sed iterando ordinem, quem inter se sequunt: aliter enim non Logice, & cum fundamento in re, sed chimerice procederet.

Secundo notandum: dupliger dicitur aliquid generi supponit, indirecte, vt sunt differentiae: & directe, vt species, & individua: diversimo de tamen: nam species immediate, & individua mediate illi subjiciuntur.

Dicendum: genus mediate prædicatur de individuis speciei, tam prædicatione signata, quam exercita: hæc est communis cum Doctori: & patet per Philosophum quarto Topicoru, cap. 7. vbi aperte fatetur genus non posse de individuis prædicari, nisi medijs speciebus. Patet etiam ex notabilibus, in quorum sensu intelligendum est illud: ad differentias, sequitur differere numero: non quod primum infert secundum, per viam formalis prædicationis: sed per viam præsuppositionis: sicut quaternarius infert ternarium presuppositum: vnde licet differere species non sit formaliter differre numero, bene tamen infert ipsum, & ita quod prædicatur de primo immediate, prædicatur de secundo mediate.

Ad argumenta: ad primum concedo: totum entymema: nam differentia numero non diffiniunt genus, sed tantum, ly, differentia specie: ceterum quia differre species infert ex accidente differere numero: idem genus de differentibus numero mediate prædicatur.

Ad secundum: iam diximus supra genus est species subalterna respectu suorum inferiorum: & idem dico de specie. Maxime, quia nos non loquimur de individuis generis, vel species: vt species de nominantur: sed de individuis species, vt sunt generis subjiciabilia: & ita nihil contra nos concludit argumentum.

## Cœlus.

## A.R.T.

## ART. III.

An genus, in quantum genus, habet passiones?

**I. Argum.** **P**A R S affirmativa suadetur primo: numerus in communi, præter passiones specierum, potest habere aliquas sibi proprias, vt patet in Arithmetica: licet communiter passiones eius assignentur disuntæ: quia non est sibi nomen impositum vaiceat habet Doctor primo, & quarto Metaphysic. sed numerus in communi est quid genericum: ergo, &c.

**Secundum**

Secundo: de figura verbi gratia, de Triangulo, cuius species sunt plures, assignantur primo passiones: igitur cum tales passiones conuentantur cum suis subiectis, prædicabuntur de pluribus differentibus specie: sicut, & ipsa: aliter non essent passiones: & si prædicantur, sequitur; & quod genus habeat passiones: & quod per ly, differentibus specie non differat à Proprio.

**Tertiū.**

Tertiū, generalissima habent propria: vt patet ex Phylosopho in prædicamentis, ubi assignat proprietates substantiae, & aliorum: & vt ait Doctor quæst. 7. & in Anteprædicamentis quæst. 2. quando aliqua passio conuenit pluribus subiectis non primis, necesse est, quod, per rationem alicuius communis, conueniat eis: ergo communia, quæ sunt genera, habent propria, secundum istos: & patet de ente, quod habet passiones de ipso demonstrabiles.

**Notandum.**

Notandum breuiter ex Doct. in quarto dist. 8. quæst. 2. littera O. quod in singularibus est ordo secundum ordinem vniuersalium: prius enim quocunque vniuersale potest descendere in proprium singulare, quam contrahatur per differentiam alicuius ad aliquid inferius, tanquam ad speciem, vt sic habeamus ordinem istorū singularium: hoc eus; hæc substantia: hoc corpus: & sic deinceps usque ad Sortem: quare vñquaque que commune prius intelligetur prædicari de suo individuo, quam intelligatur diuidi in inferiora alterius denominationis, si qua talia habet: & in illo priori induit modum speciei, & prædicatur de solum numero differentibus, sive sit genus subalternum, sive generalissimum, tam in primis, quam in secundis intentionibus.

**Conclusio.**

Dicendum: nullum commune genericum habet passiones, nisi prout speciei rationem induit: hæc est Doct. in solutione ad secundum, & sursum ibidem: & probatur ratione sua: Propriam solum est alicuius, cui conuenit esse subiectum demonstrationis; sed tale solum est species, in quantum species: ergo. Maior patet: quia in demonstratione potissima Proprium demonstratur de eo, cuius est: & omne Proprium sic est demonstrabile: minor probatur: nam demonstratio præsupponit de suo subiecto præcognitiones, quid est, & quia est: sed has habere solum conuenit species, ex septimo Metaphysic. text. com. 13. & sexto Topicorum, & lib. Divisionum Boetij: ergo à primo ad ultimum soli species conue-

nit habere Proprium: ac per consequens, quid: quid habet Proprium, induit rationem speciei: ac tandem quando Proprium prædicatur, solum de differentiis numero prædicatur: quod est intentum solutionis.

Ad argumenta patet quid dicendum sit ad **Ad argum.**

omnia simul: fatemur enim communia relata habere passiones, non vt genera sunt, sed vt specie: ratiōnē fortuantur: vt de ente aperte testatur Maenius in Prologo sent. quæst. 11. quare licet, vt genera prædīcentur, tamen, vt sic, non dicuntur habere Propria: quando enim prædicatur, extraneatur ei ratio speciei, ac per consequē: Proprii: & idc, nūquā Proprium prædicatur de differentiis specie: quia non conuenit cū genere, in quantum genus, sed in quantum est species.

## QUEST. VI.

An genus necessario requirat multas species?

**Genus autē non de una specie sola prædicatur, sed de pluribus. Cap. eod.**



**VÆRITVR:** an genus necessario requirat multas species? Quod sic videtur: quia illud ponitur in eius definitione: ergo est de essentia eius.

Item, cap. de specie dicitur: genero uno: speciebus autē pluribus: quod probatur: semper enim in plures species fit diuisio generis: quod potest probari: quia genus de sua ratione diuiditur per differentias oppositas: utraque autem adueniens generi speciem constituit: ex hoc concludit Boetius in lib. Divisionum: quod sub uno genere minus duabus species esse non possunt.

Item: quarto Topicor. si species prædicatur de æqualibus cum genere, intermitur, quod ponitur pro genere.

Item: in alia consideratione dicitur: quoniam omnis generis plures sunt species. Et infra: si destruet a specie, destruitur & genus: male assignatur genus. Et infra: oportet enim de paucioribus speciem, quam genus, prædicari. Ad hoc etiam sunt multæ aliae auctoritates septimo

**Capit. I.**

**Cap. 4. &  
12.**

**Text. 12.**

Metaph. & in libris Logicalibus Boetij, & Porphyrij.

Ad oppositum: sicut se habet species ad individuum, sic genus ad speciem: sed species non requirit multa individua: ergo nec genus multas species: minor patet, de sole, Fænicæ, & consimili bus speciebus.

Dicitur: quod non est simile: quia de ratione generis est diuidi per differentias oppositas, quæ cum genere consti tuunt ad minus duas species: non sic autem species descendit in individua.

Contra: æque essentialis est cuique, quod in eius definitione æqualiter ponitur: sed differentiis numero æqualiter ponitur in definitione speciei: sicut differentiis specie in definitione generis.

Ad questionem dicitur: quod genus, sive sumatur pro intentione, sive pro illo, cui applicatur intentio, non requirit multas species actu, vel potentia: quod ostenditur de intentione generis: quia illa refertur ad intentionem speciei: vna ergo existente specie, erit & genus, quia relativas sunt simul naturæ. Similiter ostenditur de fundamento intentionis: quia illud est quid materiae in specie: impossibile est autem aliquid esse, sine suo materiali: ergo impossibile est, speciem esse, nisi genus sit illo modo: tamen sicut vniuersale requirit multa aptitudinaliter: quia diffinitur per aptum natum prædicari de pluribus: sic ad rationem generis requiritur, quod dicatur aptitudinaliter de pluribus specie differentiis.

Item: non videtur vera: quia impossibile est aliquid esse aptum natum dici de pluribus, nisi illa plura ab intellectu per diuersas species apprehendi possint: sed si sic possint concipi: ergo plures species generis sunt in actu: quia iste est actus naturæ, in quantum dicitur species, quod actu concipiatur ab intellectu per speciem intelligibilem: quia secundum hoc, sibi attribuitur intentio speciei.

Item: si aliquid est aptum natum dici de pluribus differentiis specie: ergo plura differentia specie sunt apta recipere prædicationem illius: igitur, si illa aptitudo sufficit ad genus, consimilis aptitudo participandi sufficit ex parte speciei: igitur, si aliquid sit genus actu proper ter talem aptitudinem; illa multa, quæ participant ipsum aptitudinaliter, erunt actu species: ergo omne genus multas habet actu species. Assumptum patet: quia æquale esse sufficit utriusque correlatio, cum sint simul naturæ.

Potest igitur dici ad questionem: quod ad rationem generis requiritur, quod multas habeat actu species: non quæ existant actu, vel potentia: sed quod tantum actu concipientur per speciem intelligibilem ab individuis acceptam, quandoque existentibus: & quod actu habeant

à priuatione ad habitum non est natu ralis regressus. Sic nulli vniuersali, quæ tum est ex sua forma, repugnat dici de multis: hæc tamen aptitudo impediri po tet: vt quia non sunt multa, de quibus di catur.

Contra: hic modus dicendi non vi deretur esse ad propositum: quia procedit de intentionibus, ac si supponeretur in questione intentionem speciei vnam esse, quæ refertur ad genus essentialiter: & dubitaretur: an intentio generis sit?

Quod nō videtur: quia genus per se primo refertur ad speciem, non hanc, vel illam. Vnde accedit sibi sic referri ad multa: nec queritur: an natura generis sit: si natura speciei est? Sed si non sunt multa, quibus applicetur intentio speciei: sed tantum vnum, scilicet A. an illi naturæ, scilicet, A. applicetur intentio generis, cui applicaretur, si multis natu ris, vt B. C. D. applicaretur intentio speciei, respectu illius naturæ, scilicet, A. & sic intellecta questione, neutrum membrum positionis est ad proposi tum.

Item: non videtur vera: quia impossibile est aliquid esse aptum natum dici de pluribus, nisi illa plura ab intellectu per diuersas species apprehendi possint: sed si sic possint concipi: ergo plures species generis sunt in actu: quia iste est actus naturæ, in quantum dicitur species, quod actu concipiatur ab intellectu per speciem intelligibilem: quia secundum hoc, sibi attribuitur intentio speciei.

Item: si aliquid est aptum natum dici de pluribus differentiis specie: ergo plura differentia specie sunt apta recipere prædicationem illius: igitur, si illa aptitudo sufficit ad genus, consimilis aptitudo participandi sufficit ex parte speciei: igitur, si aliquid sit genus actu proper ter talem aptitudinem; illa multa, quæ participant ipsum aptitudinaliter, erunt actu species: ergo omne genus multas habet actu species. Assumptum patet: quia æquale esse sufficit utriusque correlatio, cum sint simul naturæ.

Potest igitur dici ad questionem: quod ad rationem generis requiritur, quod multas habeat actu species: non quæ existant actu, vel potentia: sed quod tantum actu concipientur per speciem intelligibilem ab individuis acceptam, quandoque existentibus: & quod actu habeant